



The following document is part of a Dulwich Society project to digitise, transcribe and translate the Dulwich Manorial Court Rolls. They begin in 1333 and continue, with some breaks, to 1908.

For more details of the original court rolls and other documents please go to <https://www.dulwichsociety.com/courtrolls/>

Text in **red**, apart from modern notes by the transcriber, indicates text missing from, or entirely illegible in, the original Roll.

Text in various shades of **grey** indicates text which, in the original Roll, is to a greater or lesser extent difficult to decipher.

Text in **green** indicates letters missed out of the original text, usually in commonly found abbreviations.

Otherwise, all contemporaneous text is in **black**, except for presumed later additions which are indicated in **brown** or **blue**.

Roll J7 [previously K6] (recto)

[Monday] 10 Apr 1581

Manerium de  
Dulwiche  
K.6

Curia Baronis cum Visu Franci plegii Johanne Caulton vidue ibidem tenta decimo die Aprilis , Anno regni domine nostre Elizabeth dei gracia Anglie Frauncie et Hibernie[sic] Regine fidei defensoris &c. vicesimo tercio . /

Essonia

Robertus Withe Armiger, et Johannes Badger essoniantu<sup>r</sup> per Robertum Brokesbye, Johannes Higges, Henricus Curson , et Stephanus Curson essoniantu<sup>r</sup>/

presentacio  
constabularii/

Johannes Heathe Constabularius ibidem presentat super sacramentum suum omnia bene et nihil aliud et in loco prefati Johannis Heathe electus est Henricus Mathewe et Juratus est

Capitales  
plegii

Henricus Mathewe et Thomas Fearinge , qui quidem Henricus Mathewe fecit defaultam Idio[sic] ipse in Misericordia c.....v<sup>s</sup>, et Thomas Fearinge presentat omnia bene et nihil aliud , et in loco eorum electi sunt Walterus Bone, et Thomas Shotte /

gustator  
servicie

Ricardus Mathewe presentat omnia bene et nihil aliud , et in loco eius electus est , Robertus Nelson et Juratus est &c . /

Homagium  
tam pro domina  
Regina quam  
pro domina huius  
Manerij

Christopherus Curson  
Walterus Bone  
Thomas Claye  
Thomas Warde  
Georgius Finche

Jurati

Rogerus Hamonde  
Willelmus Palmer  
Robertus Brokesbye  
Robertus Nelson  
Thomas Fearinge

Jurati

Thomas Shotte  
Henricus Huscrofte  
Egidius Abecke  
Ricardus Mathye /

Juratus in Assisam Walterus Curson Juratus est esse verum subditum dicte domine Regine heredibus et successoribus suis . /

- Finis <sup>iii</sup> s Homagium **predictum** dicunt et affirmant **omnia** et singula **superius presentata** fore vera et ulterius dicunt quod dant **domine** istius **manerij** de certitudine annuatim ex antiqua **consuetudine** c..... <sup>iii</sup> s
- Defalta **Item** Homagium **predictum** dicunt et **presentant** quod Edmondus Bowyer **armiger** Petrus <sup>iii</sup> d Marshe , Thomas Sargeant , **Willelmus** <sup>xiii</sup> d Cooe , **Johannes** <sup>v</sup>ijs xvjd Crofte et Henricus <sup>xijd</sup> Mathewe debent **sectam** ad **Curiam** **baronis** et **fecerunt** **defaltam** , et quod **Willelmus** <sup>ii</sup>jd London et **Ricardus** <sup>v</sup>jd serviens **Willelmi** Cooe sunt **residentes** infra **manerium predictum** et debent **sectam** ad **Curiam** **Visus** **Fraunci** **plegii** , et **fecerunt** **defaltam** **Idio** **ipsi** et eorum **quilibet** in **misericordia** prout patet in **Capite ipsorum** . /
- misericordia** <sup>ii</sup> s **Item** Homagium **predictum** **presentant** quod Dunstanus Turnore **permisit** novem porcos esse et ire **super** **Communiam** huius **manerij** **inanulatos** contra **ordinacionem** & c **Ideo** **ipse** in **misericordia** c..... <sup>ii</sup> s . /
- misericordia** <sup>ij</sup> s **Item** Homagium **predictum** **presentant** quod Thomas Fearinge **permisit** sex porcellos – esse et ire **super** **Communiam predictam** **inanulatos**, **ideo** **ipse** in **misericordia** c..... <sup>ij</sup> s . /
- misericordia** <sup>ij</sup> s <sup>vii</sup>jd **Item** Homagium **predictum** **presentant** quod **Willelmus** Dalton **permisit** octo porcellos esse et ire **super** eandem **Communiam** **inanulatos** **ideo** **ipse** in **misericordia** c..... <sup>ij</sup> s <sup>vii</sup>jd . /
- misericordia** <sup>ij</sup> s **Item** Homagium **predictum** **presentant** quod **Johannes** Heathe **permisit** sex porcos esse et ire **super** **Communiam predictam** **inanulatos** , **ideo** **ipse** in **misericordia** c..... <sup>ij</sup> s . /
- misericordia** <sup>xij</sup> d **Item** Homagium **predictum** **presentant** quod **Johannes** Bagger succidit unum **Arbutum** **vocatum** a **Crabtree** **nuper** **crescentem** **super** **Communiam predictam** contra **ordinacionem** & c **ideo** **ipse** in **misericordia** c..... <sup>xij</sup> d . /
- misericordia** <sup>xij</sup> d **Item** Homagium **predictum** **presentant** quod **Rogerus** Hamond succidit unum **Arbutum** **vocatum**

a Crabtree nuper crescentem super Communiam predictam contra predictam ordinacionem & c ideo ipse in misericordia c..... xij<sup>d</sup> .

misericordia ij<sup>s</sup>

Item Homagium predictum presentant quod Ricardus Watford succidit duos Arbutos vocatos Crabtrees nuper crescentem super eandem Communiam contra ordinacionem & c ideo ipse in misericordia c..... ij<sup>s</sup> .

extrahura

Item Homagium predictum presentant quod unus spado vocatus a nagge coloris [blank] precii [blank] Venit ut extrahura infra istud dominium et est in custodia Thome Fearinge ./

Item Homagium predictum presentant quod Dunstanus Turnere succidit Unum quercum Antiquum in quodam loco vocato Arburrowe Hill alias the loppes /

Affiratores  
Xpoferus Curson  
Rogerus Hamond

Ad hanc Curiam venit Philippa Henley in propria persona sua et cepit de domina huius Manerij in plena Curia ibidem unum Tenementum et quatuordecim acras terre cum pertinenciis infra manerium predictum existentem terram customariam eiusdem Manerij, et de quibus Henricus Henley pater predictae Phillippe obiit seisisus, Cui quidem Philippe Henley domina per Senescallum suum concessit inde seisinam , Habendum et tenendum predictum Tenementum et quatuordecem acras terre cum pertinenciis prefate Phillippe Henley et heredibus suis per virgam ad voluntatem domini secundum consuetudinem Manerij predicti / Reddendo inde annuatim quatuor solidos et octo denarios per annum , et omnia alia onera consuetudines et servicia inde prius debita et consueta , Et dat domine de fine pro ingressu suo sic inde habendo prout patet in Capite/ et fecit domine fidelitatem et admissa est inde Tenens & c . /

Finis vijij<sup>xi</sup>

[Deleted, and replaced by the entry below, when it was realised that the land was not copyhold, but freehold.]

~~Et Ad hanc Curiam venerunt Thomas Claye et Agnes uxor eius filia Thome Hunte defuncti, et petunt quod predicta Agnes admittatur ad unum Tenementum et duodecem acras terre cum suis pertinentiis iacentes et existentes in Dulwiche predicta, terre customarie ac parcelle manerij predicti, et que predictus Thomas Hunte tempore mortis sue tenuit sibi et heredibus suis per Copiam Rotulorum Curie Manerij predicti, ac que prefate Agneti discendebant post mortem prefati Thome patris sui / Cuiquidem Agneti domina per Senescallum suum concessit predictum Tenementum et duodecem acras terre cum pertinentiis Habendum et tenendum predictae Agneti et heredibus suis ad voluntatem domine secundum consuetudinem Manerij predicti per redditus et servicia inde prius debita et de iure consueta, et dat domine de fine pro tali statu inde habendo [blank ] et herietabilis cum acciderit secundum consuetudinem manerij et seisina deliberata est ei per virgam, et fecit fidelitatem, et admissa est inde Tenens & c. /~~

~~Ad hanc Curiam venerunt Thomas Claye et Agnes Uxor eius et filia Thome Hunte et petunt quod predicta Agnes admittatur ad unum Tenementum et duodecem acras terre cum suis pertinentiis quondam Thome Hunte que prefate Agneti discendebant post mortem prefati Thome patris sui et admissa est .~~

[End of J7 [previously K6] (recto). Nothing on J7 [previously K6 (verso) except, confusingly, at the bottom :]

B  
7

[End of Roll J7 [previously K6].]